



Non tamen vivas auctore et re late vocat.
Nec CHR. ORD. R. R. mibi rectus in copia

Invenies legum deo (ne) quod tibi non
Dignetur quoniam deo tibi tibi tibi

Quocirca tibi non tibi non tibi non
Angelus DEI. Tibi non tibi non tibi non

Carissimi. Venerabili. Venerabili. Venerabili.
Idibus. Idibus. Idibus. Idibus. Idibus.

Sacra Dei. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Pater. Pater. Pater. Pater. Pater. Pater.

Abba. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Cum videret. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Venerabilium. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Cum tunc. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Gratia. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Incolentes. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Adhuc. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Dedico. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.
Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero. Tuo vero.

6.
D. G. MORHOFI
CARMINA SACRA IV
In
NATALITIORUM
CHRISTI

Sanctam memoriam
Ad Iuventutem Academicam,
Ex
OTIIS DIVINIS
Celeberrimi ejusdem Autoris
Lubecæ A. 1686. impressis,
recusa Lipsiæ,
Et mense Decembri Anno 1689.
discursibus publicis illustrata

à
L. J. E. P. P. P.

HUc mentes, oculos & ora, Cives,
Huc vos vertite, quosque puriores
E Bruma videt Orbis ire soles,
Et natam mediis diem tenebris,
Præ qua non satis ipsa lux serena est,

Et lux merfa suis jaceret umbris,
Absorptasque die novo tenebras,
Natum Nocte DEUM, pio, sereno
Casto pectore volvite, entheoque
Astri nunc orientis igne tactas,
Plusquam Memnonis arte sed canoras,
Foetas Numine provocate lingvas.

O Noctem sibi non piisque Noctem!
Sed quam lux vetat esse tanta Noctem.
Supra secula cuncta gloriosam,
Supra sidera cuncta luminosam,
Quæ quondam orbibus evoluta justis
Se nobis dedit, omnibusque priscas
Absolvit numeris Patrum figuras
Absterfit veteris venena secli:
Qam vel solibus æmulam superbis
Hospitis utut aucta Luna flammis,
Et lapsa attonito tot astra cælo
Mirantur face non suâ coruscant.
Jam bonâ bona nocte verba dicat,
Qui vestrum bonus est, bonamque mentem
Intimis amat & colit medullis,
Et lucas sibi sperat hinc beatas.

Dixerunt bona verba, qui frequentes
Fuderunt per opaca noctis hymnos
Cœlestes Genii, & novum sonoros
Cantantes docuere carmen orbes,
Et Pastoribus editum sodalem,
Pastorem populi & salutis arrham
Altâ voce piæ tulere genti.
Præclarum venerata quæ tribulem
Et regnantem in ovilibus magistrum,
Et sceno positum salutat Agnum

Flexo

Flexo
Hoc
Ceu
Dum
Et t
Illo
Ign
Spec
Spec
Hic
Maje
Solis
Et se
Stat
Bos

O M
Seu
Cert
Lon
Et te
O fo
Nata
Qvi
Illun
Et n
Qvi
Divi
Gen
Nasc
Panc
Hic v
Vole
Man
Si n
Nos
II.

Flexo poplite, quodque in his ocellis:
Hoc se pectore fasciisque totum
Ceu cælo brevior Numen abdit,
Dum turpi jacet obrutus veterno,
Et totos furit Orbis hic Decembres,
Illo se DEUS exhibet theatro
Ignotum Solymis suisque terris,
Spectandum tamen omnibus, remotis:
Spectatum quoque Regibus Magistrum.
Hic DEO sua regna sunt, & arctâ
Majestas dominatur illa caulâ,
Solis crescere quæ potest latēbris,
Et secura suo triumphat antro.
Stat ponē & calidas DEO ministrat
Bos apparitor ac Asellus auras.

At Tu lumina tolle, tolle mentes.
O Musis sacra Numiniqve pubes:
Seu Tibi, Ducibus quod olim Eois,
Certum signet iter; trahatve quod nunc
Longo firmate verrit astra fidus,
Et terris male consciis minatur.
O foedas animo repelle nubes,
Natalesque DEI subi tenebras.
Qui non sentit in his diem tenebris,
Illum nulla dies nigrum serenat,
Et nox continua; una, spissa mergit.
Qui nunc ergo pio perustus æstro
Divinæ cupit hospes esse lucis,
Gentiles Erebo redonet umbras,
Nascentique hodie DEO fideles
Pandat, pectora dedicata, Cunas.
Hic vinclis sibi fasciisque stringat
Volentem Pietas, tenacibusque
Mansurum liget hospitem catenis.
Si nasci Puer ille vult in illis:
Nos illo Patre possumus renasci.

II. **A**T vos ad stabulum venite Musæ!
Musarumque novem pii sodales

Non

Non vos edita Montium theatra,
Parnassi juga, verticesque Pindi
Æternis nemora explicata lauris,
Sed spelunca vocat, sed hirta, foeda
Brutorum domus & lares iniqui;
At Phœbo meliore nunc superbi.
Non fertis caput aureum revincto,
Sed fœno male nuda membra fulto,
Auratum cui bucerumque servit
Ad præsepe pecus, rudesque vasto
Nato bos pius ore fundit hymnos,
Qvêis mistos asinus sonos figurat,
Et balatibus accinunt bidentes.

At vos ad stabulum venite! Non se
Majori Deus explicat theatro.
Qvo se vastus ambit ipse, & ultra
Terras porrigit æquorumque campos
Astrorumque vias, & alta coeli;
Hoc se celsius exhibet videndum,
Cum se contrahit in minuta summus,
Cum se virgineo sinu recondit,
Cum vili, pecorum sodalis, infans,
Arctatur DEUS, Agnus ipse, caulâ,
Terramque æthere, luce miscet umbras,
Et cœlum stabuli occulit tenebris.

At vos ad stabulum venite; quotquot
Sanctioribus usta corda flammis
Divinis saturabitis favissis.
Hic ipsis Schola panditur Magistris,
Hoc nata est Sapiencia in Lyceo.
Huc ad Bethlemias venite Athenas,
Qveis unum docet eruditque Verbum
Omnes omnia, nuperos ephebos;
Omnes omnia, lynceos magistros,
Præque hoc, bis pueros, senes, puello,
Illo discite vagiente, qvicquid
Arcani latet inter astra veri,
Mens humana quod extudit, quod omni
Signavit sibi docta gens ab ævo.

Huc
Velo
Nun
Præf
Cœ
Et c
Hoc
Natu
Fusc
Cum
Luce
Acce
Tota
Natu
Nato
Vect

Huic
Fort
Huic
Præf
Auru
Auru
Eoos

Hic
Ipsi
Huic
Om
Om

Ipsi
Intra
Hic

III.

At vos ad stabulum venite gentes!
Huc omnes properate mente totâ
Veloces Amor ipse junget alas,
Nunc in his positus pusillus umbris
Præfert ipse faces viamque signat
Cœlo Phosphorus, ipse amoris ignis,
Et caulam radio ferit propinquo.
Hoc natura oculata spectat astro
Natum per medias Deum tenebras,
Fuscatum stabuli nigrore solem.
Cum rebus rapit atra nox colores,
Lucem mentibus ille fert serenam,
Accenditque pios amoris æstus.
Tota aurita sacros agit triumphos
Natura et superûm æmulata cantus,
Nato mille resolvit ora Verbo,
Vectigalibus insonans epodis.

At vos ad stabulum venite Reges!
Huic prosternite pupulo Coronas,
Fortunæ phaleras iocantis, uni
Huic crepundia dedicanda Regi,
Præsepe huic solium est, & aula caula.
Aurum huic Barbarici tulere Reges,
Aurum temporis aurei Parenti,
Eos HOMINI-DEO vapores.

At vos ad stabulum venite Vates!
Hic templo jacet in suo Sacerdos.
Ipsi vos date victimas perennes.
Huic uni properemus usque mystæ,
Omnes sternere corda nostra cunas,
Omnes pandere corda, templa & aras.

Tandem hoc ad stabulum venite, quotquot
Ipsi estis stabula, improbâ gravati
Intra pectora criminum saburrâ.
Hic unus stabula Hercules repurgat.

III. **O** Qui dulcibus ebrii Camænis,
Per Pindi juga, per sacros recessus
Omnes ducitis ingeni figuras,

O lecti

O lecti juvenes, amata Phœbo,
 Musis pectora, Gratiisque, nostris
 Non jam nomina surda, muta sacris,
 Nunc plectris opus est, movete plectra!
 Nunc lingvis opus est, favete lingvis!
 Et nato bona ferte verba VERBO!
 Ora huic pandite, spiritus, & aures,
 Cui facundia nulla conticescat,
 Quæ solo est animata tota VERBO:
 Cui facundia tota conticescat,
 Uno quæ stupet occupata VERBO,
 Solo ritè silentio colendo:
 Quod non mens capit integrum, nec auris,
 Non evolverit eruditiorum
 Commentatio longa seculorum:
 Quod complectitur improbos scholarum,
 Turgentisque Stoæ, & gravis Lycei,
 Pugnacisque Academiæ labores,
 Et quod mens peperit, subegit usus,
 Arcanoque tegit sinu vetustas,
 Et nostra è veteri recoxit ætas,
 Dediscens veteres migransque formas,
 Et sumptas rediviva per figuras.
 Heic VERBO sapientia omnis uno
 Quanta est conditur, illa circinati,
 Qua se porrigit, architecta mundi.
 Nam cum continua una Nox profundis
 Antiquum premeret Chaos tenebris,
 Nulli corpora fingerent calores,
 Nulli corpora tingerent colores,
 Non vel sidereis perusta flammis,
 Vel solis radiata penicillo:
 Perrupit subito fragore spissas,
 Naturæ melioris illa proles,
 VOX et LUX pepulitque noctis umbras,
 Nam VOX lucida, LUX sonora junctos
 Vibrarunt radios: locuta LUX est,
 Ut Deum videamus atque mundum:

Elu-

Illu
 Ut
 Se
 Tu
 Et
 Et
 Tu
 Ext
 Sed
 Et
 Ger

Cor
 Cur
 Ac
 Hu
 Lap
 Cœ
 Qv
 Acc
 Nata
 Qv

Nas
 Qv
 Hun
 Totu
 Man

Alleg
 Aud
 LUX
 Et n

IV.
 Scu p

Illuxit sibi VOX suoque mundo,
Ut VOX ipsa pateret, atque surdo
Se totam ingereret daretque mundo.
Tum tellus stetit, & cucurrit unda,
Et vastos ruit aër in mæandros,
Et sublime rotavit astra cœlum,
Tum totus variaque luce pictus
Extendit spatiosa regna mundus:
Sed noctis vaga, decolor propago
Et mixtæ sine honore & arte formæ
Gentiles pavidè sequuntur umbras,

At nunc, quæ fabricavit orbis olim
Compagem, nova LUXque VOXque venit,
Cum nox mentibus incubaret atra,
Ac orbem tegerent graves tenebræ,
Humanum à Genitore missa in orbem,
Lapsis tarda salus, sed una rebus:
Cœlo teste, clientibusque flammis,
Quæ cunabula Numinis serenant
Acclamantibus ætheris Dynastis
Natales Domino Deoque VERBO,
Quos prona bibit aure vulgus, hymnos.

O nostros quoque nunc canamus hymnos
Nascenti (cupit ipsa lingua) VERBO!
Quod cœlum, Deus, exuit, Deumque
Humanâ modo purpurâ coronat,
Totus sanguine purpurandus ora,
Manus, terga, latus pedesque Sponsus.

Huic, si quæ est pietas, preces canoras
Allegabimus; ipsa namque VOX est:
Audit illa suos. Teneris umbris?
LUX est. Ne fuge. Respicit tenebras.
Et nostras quoque luce tingit umbras.

IV. **A**T vos fidereis venite regnis,
Seu cœlestibus additæ catervis
Magno júbila funditis Tonanti;
Seu per æthereos vagæ recessus

Chorus

Choros ducitis orbium sonoros,
Divinae sacra ad illa nostra Musæ!
Vosque isto, Iuvenes, calore tactæ
Mentes tollite, pandite ora & aures
Ad dulces patrii sonos Olympi,
Cantatos genito Deo triumphos:
DEO GLORIA! PAX BEATA TERRIS!
MARTALES BONA TEMPERET VOLUNTAS!

DEO GLORIA! Concinunt beati
Per cœlos populi simulque junctis
Vocum mille reciprocant figuris
Plausus, carmina, gratulationes.
Responsat polus omnis, omne latè
Responsat nemus & sonos fidelis
Volvit montibus & revolvit Echo.
Responsate animis sacrisque læti
Novos jungite cantibus triumphos.
DEO GLORIA! qui suos adoptat
Vile vulgus & improbum, tribules,
Qui nos indecores lutoque merfos
Æternæ face gloriæ coruscat
Heredesque suis coronat astris.
DEO GLORIA! qui potens malignum
Iam Victor sibi subjicit Draconem.

PAX regnet miseris beata Terris,
Quæ cœlo fata nos revisit: illa
Exhaustos utinam revisat agros,
Nos nobis profugos Deoque reddat
Non Deo amplius et sibi rebelles.

PACI sanctus Amor comes, beata
Mentes temperet & regat Voluntas.
Quam belle hi sibi consonant sodales,
DEUS, PAX, BONA MENS AMOR, VOLUNTAS!
Nam quisquis bene vult facitque, quisquis
Pacem servat, habet Deum, Deumque
Æterno sibi junget ille vincolo.

)o(

Pom

Vb 230

ULB Halle
003 649 385

3



5b₁

W 17

Inches

Centimetres

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

